



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

Muti.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Mutilatus.

MEDITATIO CXXVI.

*Christus Malcho abscissam aurem
restituit.*

I. **V**identes hi, qui circa IESUM erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? *Luc. 22. v. 49.* Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis servum, & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. *Ioann. 18. Vers. 10.*

II. Dixit ergo IESUS Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? *Ioan. 18. v. 11.*

III. Respondens autem IESUS, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum, *Luc. 22. v. 52.*

MEDITATIO CXXVII.

Mutus, cecus, simulque à demone obsessus, linguam, oculos, quietem recipit.

Vide inter Cæcos, Meditationē LXXXII.
inter Dæmoniacos, Meditationem CVII.

M E-

Mutus & surdus.

MEDITATIO CXXVIII.

*Mutus & surdus aures, ac linguam
recipit.*

I. Iesus exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum; & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. *Marc. 7. v. 31. & 32.*

II. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & exspuens, tetigit linguam ejus. Et suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est, Adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. *Marc. 7. vers. 33. 34. 35.*

III. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. *Marc. 7. v. 36. & 37.*

F Para-